

Q. 174. 3

DISSERTATIO IVRIDICA
POSTERIOR

DE

POENIS

INFICIATIONVM

IN SPECIE

OCCASIONE

NOV. PROC. SAX. ELECT. ORD. TIT. XVI, §. 3.

QVAM

PRAESIDE

IOANNE FRIDERICO
WERNHERO, D.

FAC. IVRID. ASSESS. EXTRAORD. ET CONSIST.
ECCL. ADVOC.

IN

ACADEMIA VITEMBERGENSI

AD D. AVG. MDCCXXVI.

HORIS CONSVETIS


IN AVDITORIO ICTORVM

PROPONET

IOANNES CHRISTIANVS KLINGENSTEIN

VITEMBERGA-SAXO.

VITEMBERGAE LITERIS, CHRISTIANI ZIMMERMANNI
ACADEM. TYPOGR.



DISSERTATIO IURIDICA
POSTERIOR

DE

POENIS

INFICTIONVM

IN SPECIE

OCCASIONE

Handwritten stamp or scribble in the right margin.

IOHANNES FRIDERICUS

WEINBERGERO, D.

AD IURIS ABBATIS ET TRAYARDI ET CONSIST.

AD IURIS

ACADEMIA WITTEMBERGENSI

AD D. O. ANO MDCCXXI

HONOR. CONSIST.

IN AUSTRIACO IMPERIO

PROFESSOR

IOHANNES CHRISTIANUS WITTEMBERGER

AD IURIS

WITTEMBERGERO ET CONSIST. ABBATIS ET TRAYARDI

AD IURIS





§. I.



Requisitis, ad infligendas inficiationum poenas, necessariis, alia iam dissertatione a Praefide expositis, ne illa circa singulos casus repetere opus foret, hanc materiam jam ulterius persequi, et ipsas inficiationum poenas adjicere uisum est. Ex uariis autem, quae sese offerunt, illas potissimum seligemus, quibus circa Litis Cont. locus esse potest. Exulabit ergo à praesenti tractatione poena minorum, qui majores se falso dicunt, ut alterum, quo secum contrahat, inuitent, et propterea restitutionis in integrum beneficio excidunt. *l. 2. C. si min. se maj. dix.* Praeterimus filium familias, qui, licet ex contractibus, durante patria potestate initis, in solidum conueniri non potuisset, et beneficio competentiae gauisus esset, propter inficiationem tamen et simulationem, se esse patrem familias, suo praesidio ejicitur, eoque spoliatur. *l. 4. §. 1. ff.*

Poenæ circa L. C. occurrentes hic recensentur.

Huc non plinet poena minorum.

filium se patrem mentientis.

A

quod

quod cum eo, qui in aliena pot. etc. Nec dicemus de beneficio S^Cti Maced. quo idem filiusfamilias contrahens, si sui se iuris esse dixerit, exuitur *l. 1. C. ad S^Ctm Maced.* Quæ dolosæ inficiationis pœnæ in *tit. de dol. mal.* continentur, huc non pertinent. Sub qua classe etiam comprehendimus foemina-
nam, dolosæ pro aliis intercedentem, falsoque, se
in proprios usus pecuniam accipere, asserentem,
propter quod mendacium beneficio S^Cti Velle-
jani excidit. *l. 2. §. 3. et l. 11. ff. ad S^Ctm Vellej.*

Neque de illis, qui fures, apud se latentes, item
res furtivas, celant et negant, aliquid adjicimus.
Amplius, quæ in eos, qui se res, propter quas
uectigal pendendum est, uehere negant, poena
uel commissi, uel alia, singulis in locis statuta sit,
præterimus. Denique, quid circa illum, qui
dolosæ pecuniam, quam non numerarat, exegit,
juxta *Nov. Proc. Ord. Sax. App. §. 8.* obtineat, et
quomodo, reconuentione instituta, acceptum
cum quarta parte sortis, in libello reconuentionis
expressæ, restituere teneatur, jam non dicemus.
Omnes enim species ita comparatae sunt, ut
uel tantum in extrajudicialibus occurrant, uel in
iudicialibus quidem, sed non circa Litis conte-
stationem, cum tamen nobis propositum sit,
has potissimum poenas exponere.

§. II.

Ordinem autem in his recensendis hunc tene-
bimus

foeminae
dolose in-
tercedentis.

fures et res
furtivas ce-
lantium.
uectigalia
defraudan-
tium.

pecuniam
non solu-
tam exi-
gentium.

bimus, ut primum, quæ circa ius in re; deinde, quæ in iure ad rem occurrunt, uideamus. In genere circa ius in rem, actionesque inde oriundas, possessionem ex parte rei in libello et exprimendam, et probandam, tralatitium est. Esto itaque I. inficiantium poena, quæ in negantes possessionem constituta est *l. ult. ff. d. R. V. uerb: in rem actionem pati non compellimur, quia licet alicui dicere, se non possidere, ita, ut si possit aduersarius conuincere, rem ab aduersario possideri, transferat ad se possessionem per iudicem, licet suam esse non adproba-*

I. poena inficiantis possessionem.

uerit. Ubi, cum in materia actionum realium omnis, qui rem tenet, possessor reputetur, cum in effectum, ut contra ipsum actio realis institui possit, facile liquet, nudam quoque detentionem hoc in loco intelligi. Amplius, quoniam et actiones in rem scriptæ in hoc, quod possessores sequantur, reales imitantur, et huc easdem referre, in iisque negationis poenæ locum facere, nulli dubitamus. Neque enim ratio diuersitatis, cur uel in Rei uindicatione uel realibus tantum actionibus, possessores inficientes coërceantur, neque idem in iis, quæ in rem scriptæ audiunt, fieri debeat, allegari potest, cum utrobique et possessio alleganda, et æque probanda sit. Deinde non obscure huic sententiæ adstipulatur *l. 20. §. 1. et 2. ff. d. interr. in iur. fac.* Ubi Ictus in omni, qui in iure, interrogatus de possessione, ne-

possessio hic etiam nuda detentio intelligitur.

poenæ a) in actionibus in rem scriptis, locus est.

Rat. 1.

Rat. 2.

garit, amissionem eiusdem statuit. Atqui, in actionibus in rem scriptis, itidem reus de possessione interrogari solet. Ex iisdem fundamentis poena, quam diximus, etiam ad interdicta adipiscendae et recuperandae possessionis applicari solet. PACIAN. *d. prob. L. I. cap. XIX. n. 49.* DN. de BERGER. *El. Disc. for. ad P. S. tit. XVI. Obs. II. p. 471. not. 5. n. II.* B. HORN, *Diss. d. poen. inf. poss. §. XII.* Ut uero amissio possessionis dictari queat, requiritur i. *uera possessio*, neque ficta, qualis in eo occurrit, qui dolo possidere desiit, item, qui liti se obtulit, sufficit. Quamuis enim fictus eiusmodi possessor in reliquis, eum in effectum, pro possessore habeatur, ut, si rem praestare non possit, contra ipsum in litem iuretur, atque ad aestimationem rei teneatur, poenam tamen amittendae possessionis exulare, res sponte sua loquitur, frustra enim res, qui illam non habet, aufertur. Neque hactenus contra inficiatorem in litem recte iuratur, cum negando possessionem, quam nec habet, nihil dolo commisisse intelligatur. Aliud dicendum, si, ad restituendam possessionem se damnandum augurans, possessionem ante negatam in alium transferat, quo sententiam suo effectum defraudet, ita enim iuramento in litem locus est DN. de BERGER *l. c. p. 476. n. IX.* Neque tunc, si pretium loco rei ipsius possideat, eiusdem amissio

b.) in interdicit, adip. et re-sup. poss.

Requiritur i. uera possessio, non ficta.

neque iuramento in litem circa poss. locus est. Exceptio.

porro huc

amissione mulctandum inficiatorem possessio- non perti-
 nis, cuius facile esse intellectu, existimarim. Non net posses-
 enim in singularibus pretium succedit in locum sio pretii.
 rerum: et, quamuis succederet, uti in uniuers- Ratio. 1.
 salibus contingit *l. 22. ff. de haered. petit.* illud
 saltem eo sub respectu fiet, ut pretium, pro re-
 bus haereditariis acceptum, cum reliqua haeredi-
 tate restituatur. Num uero qui, rem uendi-
 tam aliique traditam se possidere, negavit, pro-
 pterea quod pretium habuerit, huius possessio-
 ne priuandus sit, ualde dubito. Sane ex uulga- Rat. 2.
 ri loquendi usu, secundum quem etiam inficia-
 tio accipienda, sub nomine rei ipsius, nunquam
 pretium intelligere solemus. Ergo neque de
 possessione rei haereditariae interrogatus, et,
 quod illa uendita, se eam habere negans, men-
 dax dici potest. Licet enim pretium acceperit, Rat. 3.
 et restituere teneatur, de eo tamen interroga-
 tus non est, nec negauit. 2. *possessio ipsa* negata
 fit oportet, nec circumstantias aut titulum ne-
 gasse sufficit. Cuius rei ratio neminem forte la- 2. possessio-
 tere potest. Nullum hoc in passu actoris onus nis ipsius
 est in probando, neque ex titulo ad ipsam pos- negatio
 sessionem recte arguere licet. Add. *Diff. 1. d.* non tituli.
poen. inf. §. V. Pariter qui possessionem non in si in parte
 totum, sed pro parte saltem inficiatus fuerit, ul- negata pos-
 tra partem negatam, amissione puniri nequit. sio, quid
 3. *possessionis probatio* rite peragenda est, ubi so- 3. probatio
 lum

quomodo
fufcipien-
da.

fi olim pos-
fedit reus,
praefumi-
tur nunc
posfidere.

4. jus pos-
fessoris il-
liquidum.

Ratio.

II. poena
potentio-
rem posses-
forem no-
minantis
permenda-
cium.

lum alicuius iuris exercitium in fundo probasse non fufficit, cum tale quid etiam in eo, cui feruitus debetur, et possessione ipsius rei plane destituitur, occurrere possit, prout hoc caput pluribus exponitur in *Diss.* a Praeside Mens. Dec. 1721. sub Praesidio MAGN. DN. WERNHERI habita, et *select. Obseruat. Vol. VI. Obs. 33. p. 84. seqq.* inserta.

Caeterum si probatum dari possit, olim reum possedisse, licet de praesenti idem demonstratum non fuerit, perinde habetur, omnis siquidem mutatio facti est, et quaelibet res in priori statu remansisse praesumitur, modo reus etiamnum possideat, neque ex euentu et executione contrarium appareat. 4. *Jus possessoris illiquidum*,

si enim de eius iure et dominio in continenti constet, frustra de priuatione iudicabitur.

Quia id saltem per hanc agitur, ut onus probandi dominii in reum transferatur, et ille, suam rem esse, ostendere cogatur *arg. Nou. 18. c. 10. uerb. sola translatione possessionis &c.* quod si confestim deducere possit, illico rem repetere in procliu foret.

Actus itaque priuatorius frustraneus eua-deret, quem iura detestantur, Habetur tamen II.

casus in *L. un. C. de bis, qui pot. nom.* ubi etiam proprietatis iacturam sustinet inficiator, si praeter improbam negationem, ad alium potentio-rem rem pertinere, falso affirmarit; et, *quamuis ei probabilis negotii merita suffragentur*, repetitio dene-

denegatur; salvo nihilominus, quod per se intelligitur, iure tertii. Alias uero, si quis se proprio nomine possidere negat, allegata tantum possessionis amissio dicitur, neque rei ipsius iacturam incurrit inficiator; uid. STRYCK. *introd. in prax. Cap. XIII. §. 4.* nisi quod, si dolose uersatus fuerit, arbitraria insuper poena irrogari possit per *Nou. Proc. Ord. El. Sax. tit. XIV. §. 3. inf. Conf. omnino B. HORN. Diss. de poen. inf. possess. qui l. c. in f.* nullum poenae, sub initium huius §. commemoratae, exemplum extare, nec facile, propter concessam poenitendi facultatem, extare posse, auctor est. Sed quoad prius tale exemplum nobis dedit DN. de BERGER *El. Disc. for. ad O. P. S. tit. XVI. Suppl. II. p. 400.* et DN. WERNHER. *Vol. I. Obs. 150 p. 212.* et, in posterum ita in foro Sax. El. pronunciatum iri, ob *N. P. O. tit. XVI.* nihil dubii habet. Alterum, facultatem scil. poenitendi, quod attinet, primo, rem ita agi posse, putarim, ut, cognita rei negatione, argumenta pro demonstratione, quam hic sufficere ait DN. de BERG. *tit. XVI. p. 474. n. VI.* et ipse post *N. Pr. Ord.* quoque arg. eorum, quae de poss. summ. traduntur, admittendā existimarim, actor conquirat, et probationem clam reum instruat, ac, anteq. sententia super Lit. Cont. in rem iudicatam transeat, iudici exhibeat, condemnationemque petat; haec dum, ignorante reo, et nil

Sententia B. Hornii, vix casum, ut locus sit priuationi possessionis, existere posse, assertis, re- futatur.

Casus I.

quic-

- quicquam tale timente, geruntur, ante conuictionem occasionem reuocandi adimunt, et post conuictionem reuocationem non amplius integram praestant. Deinde, si dominii probatio satis feliciter non successerit, licet super Litis cont. res iudicata adsit, eam tamen non obstare putem, quo minus lex nostra felicissime in praxin deduci, atque in disputationibus, quas uocant, possessionis priuatio peti possit. Nec enim, quod putat STRYCK. *diff. de proc. abbrev. §. 24. infn.* actorem, si, ad probandum se admitti, non ut possessio adjudicetur, petierit, ita nostrae leg. beneficio renunciaffe, arbitror; cum omnis iurium renunciatio sit facti, nec praesumenda;
- Obj. B. Stryck. Resp. 1. ipse etiam actor, ante peractam possessionis probationem, eius adjudicationem petere non potuisset; praeterea unum probationis membrum, si uel maxime ad illam se admitti actor rogasset, ipse passus possessionis conficiat; ut, uel ex hoc solo capite, frustra occinatur res iudicata.
- Resp. 2. Taceo diuersa adesse agendi fundamenta, quorum unum alterum per notoria non tollit, adeoque nec petitionem rei, ex causa dominii, petitioni possessionis, ex causa negationis praeiudicare. Quamuis autem translata sit possessio, nihilominus inficiatori saluum est petitorium, ut rem, probato ex sua parte dominio, repetere, fructus etiam interea perceptos reuocare queat.
- Resp. 3. Non
- Resp. 4. Non
- amissio possessionis non infert priuationem proprietatis.

Non enim ad juris, sed possessionis tantum, priuationem lex nostra tendit. DN. de BERGER. *El. Disc. for. tit. XVI. Obs. II. num. X. p. 476.* B. HORN. *l. c. §. 37.* Promptius autem longe remedium mul-
 ti suppeditant ex *l. 10. et 20. §. i. ff. d. interr. in jur. fac.* ut, si quis se possidere neget, tanquam in uacuum possessionem se immitti petat actor. Nec diffiteri possumus, uel ex hoc solo capite, quod nullis probationibus oneretur actor, sed, etiam non probata possessione ex parte rei, consequi eandem possit, plurimum huic doctrinae tribuendum esse, uideri. At jam iidem ostenderunt, et quidem DN. de BERGER. *l. c. p. 474. num. V. et B. HORN. §. 39.* totam hanc cautelam subuerti iterum a reo per reuocationem inficiationis posse. Tunc ergo saltem huic remedio locus est, quando reus in negatione persistit; ubi uero metuendum, ne ipsum responsi poeniteat, *l. f. ff. d. R. V.* hactenus exposita, utendum.

Promptius
remedium
contra in-
ficiatorem.

quando illi
locus.

§. III.

Grauius coërcetur Vasallus a Domino con- uentus, si feudum, ejusue conditionem, neget *Poena III. F. 26. §. 3.* uerb. *Vasallus si feudum, uel feudi partem, aut feudi conditionem ex certa scientia inficiatur, et inde conuictus fuerit, eo, quod abnegauit feudum, ejusue conditionem, expoliabitur.* et eod. §. *Vasallus* uerb. *Vasallus feudum, quod sciens abnegauit, amittit.* Quando autem *ll. cc.* etiam pro-
 B pter

Vasalli ne-
gantis feu-
dum, ejus-
ue condi-
tionem.

Si pars ne-
gata.

pter negationem partis feudi jactura decernitur, iponte patet, illam amissionem ultra partem negatam proferendam haud esse; iniquum enim foret, poenam, intuitu cujus quis non deliquit, sustinere; certe iura, quoties rei amissionem ob delictum dictant, tunc demum totam amitti jubent, ubi in toto peccatum, sin in parte saltem aliquid admissum, illius solum priuatione expi-

ant qualitas
totum feudum non
afficiens.

Vasallus sciens conuassallum dolose inficiari feudum, non priuatur suo feudo.

Refutatur Zahn.

ejusdem
sententia
reijcitur de

antur. Praeterea, cum, ob qualitatem conditionemue feudi negatam, eadem poena introducta, et illa aliter, quam si totum feudum afficiat, intelligi nequit. Id uero ualde mirandum,

quomodo ZAHN *Tract. d. Mend. L. II. Cap. 96. n. 2.*

Vasallum, qui scit conuassallum fraudulenter negare feudum, et reticet, eidem poenae cum Ro-

SENTHAL. subicere potuerit, manifeste reluctantibus ipsis *l.c.* uerbis: *alias autem uasallus,*

quamuis hoc sciens non patefaciat, feudum tamen retinet. Et parum contra expressum textum

facit argumentum a formula iuramenti feudalis desumptum; quam alii ex 2. F. 7. urgent, uerb. *et,*

si contigerit, te rem aliquam, quam habes, uel habebis, iniuste amittere, recuperare iuuabo. Nulla

hic poena in casum contrauentionis est constituta, quin potius hujus iuramenti neglectum, in

casu allato, amissione compensandum non esse, locus citatus declarat. Nec illa poenae amplia-

tio, quam in casu, si uasallus se documentum inuesti-

uestiturae possidere negarit, defendit ZAHN *l. c.* *negato feudi instrum.* *n. 2.* satis felix, et ob deficientem legis dispositionem, nisi negationem uel feudi, uel conditionis ejusdem, includat, rejicienda uidetur. Eximit hac poena Vasallum BRVNEM. *ad l. II. ff. d. Brunnem. interr. in jur. fac. n. 62.* qui non feudum, ejusue limitatio: si locus saltem negatus, declaratur. conditionem, sed locum saltem negat, quod, uti, si sobrie explicetur, admitto, ita uicissim exemplum ab eo allatum: *si quis se Vasallum Imperatoris non respectu Bobemiae, sed Imperii, dicat*, parum quadrat, quia sic directo feudi conditio negatur, et Imperatoriae Majestati multo deterior redditur; quantum enim inter utrumque casum sit differentiae omnibus, qui uel summis, quod ajunt, labiis doctrinam Juris publici gustarunt, constat, et ex *Capit. ult. Art. II.* nec non *Leopold. art. 30. it. Joseph. art. 29.* satis colligere est. Porro ZAHN. *l. c. n. 3.* cum multis aliis Si qualitates feudi non rite descriptae, num locus poenae? Concilian- tur Zahn, et Brunnem, a se dissidentes. poenam statuit cessare, quando qualitates non rite in libello descriptae; cui contradicit BRVNEM. *l. c. n. 63.* Litem ita componendam existimo. Aut non de qualitatibus, sed feudo ipso quaeritur, illudque negat Vasallus, sic priuationi, licet nonnullae qualitates, seu circumstantiae, non ad amissim descriptae, procul dubio locus est. Conf. *Diff. I. §. IV.* At ubi non feudum, sed qualitates ejusdem in litem deductae, illaeque non satis bene descriptae, Vasallus ne-

gans non immerito excusandus. Et hoc casu non ualet assertum BRVNN. *l. c.* quod in dolo sit Vasallus, qui aliunde qualitates satis scire potuerit, adeoque nec excusatio quaedam eidem proficere debeat; dum enim secundum uerba libelli litem contestatus est, prouti debuit, nihil imputari potest Vasallo. Add. §. XIII. *Disp. I.* Denique, perperam admodum hanc de feudo doctrinam ad emphyteusin extendi, pluribus ostendunt B. MENCKEN. *Gymn. Pol. Disp. feud. l. §. 2.* ubi in genere, a feudis ad emphyteusin argumentum desumi posse, negatur; in specie uero B. HORN. *diff. d. poen. inf. poss. §. 41.* PACIAN. *d. probat. Lib. I. Cap. XIX. n. 36. seqq.*

Haec poena ad emphyteusin non pertinet,

§. IV.

IV. Si quis thesaurum in loco fiscali inuentum negarit, aut suppresserit, juxta *l. 3. §. ff. d. jur. fisc.* totum cum altero tanto cogitur soluere. Alias qui in loco alieno thesaurum non data opera, nec mediis illicitis, inuenit, dimidiam ejus partem sibi retinere potest. Nec aliud, si in fundo fiscali inueniatur, obtinet, *l. c. uoc. partem ad fiscum pertinentem, add. §. 39. I. d. R. D.* inficiator e contrario non tantum illo lucro priuatur, et totum restituere tenetur, sed praeterea ad alterum tantum ui *l. c.* condemnatur. Equidem fateor in ista *l.* nullam negationis, sed saltem suppressionis

IV. poena negantis thesaurum in loco fiscali inuentum.

sionis mentionem fieri, uerum procul dubio res eodem recidit, et uirtualiter inficiatio in suppressione continetur, siquidem omnis, qui negat judicialiter, se thesaurum inuenisse, illum utique suppressit. Caeterum ista legis dispositio ad thesaurum in alio, quam fiscali, loco inuentum, trahenda non est; sed ejusmodi inuentor, negato aut suppresso thesauro, quem in loco priuato inuenit, pro fure habetur, et poena arbitraria coërcetur, ita tamen, ut nunquam laqueo puniatur, neque ad alterum tantum teneatur restituendum. DN. de BERGER *Oec. Jur. p. 235. n. 2.* B. HORN. *Cl. V. Resp. 9. p. 278.* CARPZ. *P. II. C. 53. Def. 7.* Vnde facile consequitur, nemini praeter fiscum, adeoque nec ciuitatibus municipalibus, nec dominis iurisdictionalibus &c. alterum tantum exigendi facultatem competere. Et quamuis secundum nonnullarum prouinciarum iura, quibus merum Imperium seu iurisdictionio superior competit, jus fisci tribuatur, illud tamen non uniuersale est, nec omnia fisci priuilegia complectitur, sed aliqua saltem, & inter illa primario facultatem bona uacantia occupandi, continet; a quibus ad reliqua fisci iura neuiquam licet arguere. DN. WERNHER. *Vol. I. Obs. 53. pag. 68.* & *Vol. IV. Obs. 138. in Resp. p. 212.* Itaque nec in causa praesenti, cur in fauorem iudicis criminalis a iure communi, ejusque placitis, recedamus, ratio apparet.

alia poena,
si in loco
priuato in-
uentus ne-
getur.

quae poste-
rior poena
etiam in lo-
cis ad ciui-
tates, judi-
ces crimi-
nales etc.
spectanti-
bus obti-
net.
Obj. de ju-
re fisci.

§. V.

V. poena
haeredis, se
ex minori
parte haer-
edem a-
jantis.

qu. num
solido in
poenam
praestito
cohaeres
liberetur,
et soluenti
contra co-
haeredem
regressus
detur?

V. Haeredem si quis ex illa parte, quam actor nominauit in libello, & ex qua quis uere haeres est, se esse negauit, minoremque, u. g. *ex quadrante dixerit, cum esset haeres ex semisse, mendacii hanc poenam fert, quod in solidum conuenitur l. 11. §. 3. ff. d. interr. in iur. fac.* Extra poenam uero si res foret, actionibus personali- bus conuento haeredi exceptio plurium cohaeredum, item *l. 6. C. fam. etc.* competiisset; in poenam itaque hujus exceptionis beneficio excidit. Dicimus de actionibus personalibus, nam in realibus ex notissimis juris principiis diuisio cessat. Si quidem uel non possidet, nec realis actio datur contra haeredem, uel possidet, et tunc possidens in solidum tenetur *l. 2. C. si unus ex plur. haered.* saluo tamen regressu contra cohaeredes, uel ad praestandam euictionem, si jam facta fuerit diuisio; ea uero nondum facta, ex actione familiae eriscundae &c. *l. 18. §. ult. ff. famil. etc.* Non male circa hanc materiam quaeri poterat, num, solido ab uno in poenam praestito, alter cohaeres pro sua rata liberetur, et, si hoc, num soluenti actio contra cohaeredem detur ad restituendam ratam. Qua prius, primo intuitu affirmari posse uidetur quaestio, quod contra bonam fidem sit, idem bis exigere; nec posterius recte in dubium uocari
puta-

putare quis posset, quod negotium ita cohaeredis gestum habeatur. Sed tunc demum idem non recte bis exigi, si eadem adsit causa; e contrario ex diuersa causa idem recte bis peti, tralatitium est. Atqui una causa est obligatio, altera haeredis mendacium, quare nihil iteratae exactio ni obstat. Quo ipso dubium de regressu contra cohaerem ex negotiorum gestione corrui, cum nulla adsit gestio, et cohaeres nondum sit liberatus. Accedit, non aliter debitum alterius extinctum haberi, quam si *pro illo & ejus nomine* solutum, *pr. f. quib. mod. toll. obl.* Jam uero haeres inficiator pro se, ob admissum mendacium, in poenam, non eo fine, ut pro cohaerede simul satisfaciatur, soluit. Ergo uel ex hoc capite cohaeres liberatus haberi nequit. Cui nostrae sententiae non inconcinne suffragatur *l. 7. ff. d. R. V. & l. 13. §. 14. ff. d. H. P.* secundum quas *ll. et is*, qui se liti obtulit, uel dolo possidere desit, ad aestimationem tenetur, & nihilominus possessor recte conuenitur. Denique et illud VI, monendum, juxta *Nou. Proc. Ord. App. §. 7.* si haeredes, processu executiuo conuenienti, se haeredes esse negent, et probationibus legitimis conuicti, illos quarta sortis, in libello expressae, parte mulctari.

§. VI.

VII. Haeres, qui aliquid in inuentarium re- VII, poena
ferre

haeredis
rem haeredi-
tariam ne-
gantis.

Rejicitur
Stryckii u-
traque sen-
tentia de
abrogatio-
nel. cit.

ferre omisit, remue haereditariam esse negarit, conuictus legitime, *id, quod surripuerit, uel celauerit, uel amouendum putauerit, in duplum restituere, uel haereditatis quantitati computare compellitur, l. fin. §. 10. C. de jur. delib.* Hanc uero dispositionem inter abrogatas refert STRYCK. *Us. Mod. ff. tit. d. jur. delib. §. VIII. it. Diss. de proc. abrenu. §. XXIX. & poenam ibidem arbitrariam substituit, at tit. Ad. L. Falcid. §. X. et Caut. Testam. Cap. XXII. Membr. II. §. XI. solius Falcidiae amissionem, sublata priori poena in Nou. l. Cap. 2. §. 2. constitutam esse contendit. Rectius uero ZOES. tit. d. jur. delib. num. 22. aliique negare abrogationem cit. l. f. C. d. jur. delib. uidentur. In Nov. enim cit. Imperator nouam inuentarii conscribendi formam ordinat, cui dispositioni poenam inuentarii rite non confecti, seu formae non obseruatae, subiungit amissionem falcidiae, et ut haeres ultra uires haereditatis teneatur. §. 2. uerb. *si uero non fecerit inuentarium secundum hanc figuram, sicut praediximus, non retinebit Falcidiam, sed complebit legatarios et fideicommissarios.* At in l. f. §. 10. C. d. jur. delib. ille habetur casus, ubi, confecto caeteroquin legitime, i. e. secundum solennia juris praescripta, inuentario, haeres res quasdam uel plane celauit, uel ad haereditatem pertinere negat, et hic dupli poena constituitur. Qui duo casus cum optime*

me inuicem stare, et pro re nata utraque poena obtinere possit, non uideo, quomodo unius abrogatio per alteram inferri queat. Eoque magis in hac sententia confirmor, quod Imperator *cit. Nou. l. c. 2. §. 1. & 2.* saepius ac iterum contra abrogationem priorum iurium protestetur, uerb. *sic enim non uidebimur legem ita hactenus approbatam minuere; & rursus, hoc dicimus non nostram minuentes legem, quam posuimus &c.*

§. VII.

VIII. Alia in haerodem locis uenerabilibus, VIII. poena Ecclesiisque, relicta legata negantem §. 26. *f. d. haeredis piis causis legata negantis.* Quod duplum act. dupli poena constituta est. ut et uti ex §. 19. *I. eod.* colligitur, mixtum est, legatum & poenam complectatur. Poenam autem istam neque in ff neque Cod. contineri, sed propterea ejus ualori nihil decedere, sed nihilominus in quocunque haerede aut fideicommissario, exsolutione talium legatorum onerato, obtinere, tradit BRUNNEM. *ad l. ii. ff. d. interr. in jur. fac. n. 78.* Solent equidem DD. scrupulum quaestionemque ex *Nou. l. c. 1. & autb. hoc amplius C. d. fideic.* mouere, annon allegata poena dupli ibidem abrogata sit, substituta in ejus locum successionis priuatione. Verum *ll. cc. Resp. 1.* plane non agitur de inficiatore, sed cunctatore haerede. Deinde DN. *de BERGER. d. Us. act.*

C

poen.

poen. §. 28. neque in casum moræ, circa præstanda legata, piis causis debita, poenam §. 19. *I. d. act.* constitutam, abrogatam per *Nov. I. c. 1.* contendit. Imo quamuis abrogatus foret sæpius *cit. §. 26. I. d. act.* procul dubio factum hoc foret in fauorem legatariorum, quo hæredes, majoris mali metu percussi, promptius satisfaciant iisdem. E contrario, si piæ causæ legatariaæ consultum magis esse uideatur, duplum exigere potius, quam fauore suo uti, & id agere, ut tota hæreditas ad alium, simplum sibi relictum soluturum, transferatur, id, quod in ejus, aliorumue legatorum, fauorem est introductum, in illius sane odium ne utiquam detorqueri debeat, sed adhuc ad dupli exactionem admittenda est. Secundum *Nov. Proc. Ord. Sax. El. tit. XVI. §. 3.* autem, etiam si uel maxime per *Nov. cit.* abrogata foret ista, quam diximus, poena, nihilominus ob clarissimam confirmationem §. 26. *I. d. act.* de illa pronuntiandum. Amplius et illud quæritur, num idem priuilegii competat Reip. fisco &c. ut, si quid his relictum, ob inficiationem duplum exigi possit? Sane *l. 23. C. d. SS. Eccles.* aliisque in locis, sæpius iisdem juribus gaudent *Ecclesia, fiscus, Respublica, ciuitas etc.* hinc et *MEV. P. IX. Dec. 64.* in affirmatiuam propendere uidentur. Verum comparatio saltem est in paucissimis materiis, v. g. restitutione in integrum, præscri-

Dubio res
caret in
Sax. El.

qu. num i-
dem obti-
neat in le-
gatis Reip.
&c. relictis?
Rat. dub.

Rat. decid. r.

scriptione &c. Unde ad omnes omnino passus non recte infertur. Deinde id privilegii saltem locis uenerabilibus, et quæ religionis uel pietatis intuitu honorantur, uti ait §. f. *J. d. obl. que qf. ex contr.* datum est, quod ad fiscum &c. applicari nequit. DN. de BERGER. l. c. BRVNEM. l. c. n. 79. ZAHN. de Mend. Lib. II. Cap. 40. §. 4.

§. VIII.

IX. Creditori hypothecario priori, rem oppignoratam possidenti, si ab alio, etiam posteriore creditore, ad rem sibi itidem obligatam tradendam, conueniatur, denegatur exceptio de prioritare, tamdiu, donec restituta rei possessio; quando nim. rem ejus esse negauerit, cuius actor dicit, siue, si debitorem jus oppignorandi habuisse inficietur; prouti haec omnia paucis traduntur *auth. item possessor. C. qui pot. in pign. uerb. possessor pignoris negans rem ejus, cujus actor eam esse asseuerat, si, probata ea intentione, nitatur rem retinere, dicens ex hypotheca, uel alia causa, in personam eandem delata, se propinquiorem esse, quam qui mouet causam; prius transferat possessionem, quam jus suum proponat.* Ex quibus uerbis & Nou. XVIII. c. 10. simul patet, non tantum in creditore hypothecario, sed quolibet alio jus tertii negante, & postea ad idem prouocante, poenæ memoratæ locum relinqui. Neque uero putandum, poenam hanc cum ea, quæ in §. I. habetur, pla-

IX. poena e-
jus, qui jus
tertii negat,
& postea ad
illud pro-
uocat.

differt hæc
ne

poena ab
ea, quæ in
§. traditur.

X. poena fi-
dejussio-
nem negan-
tis.

cautela Ber-
lichii rejici-
tur.

si major
quantitas
exigatur,

ne eandem esse; nam licet qua translationem
possessionis conueniant, in eo tamen notabilis
est differentia, quod in §. I. habeatur inficians
possessionem; hic uero sit, qui illam concedit,
sed jus in dubium uocat. Nempe, si con-
tra tertium hypothecæ possessorem agatur, hæc
actionis requisita libello inferenda & probanda,
quod primo hypotheca sit constituta, deinde
constituens jus habuerit constituendi, denique
reus possideat. Circa ultimum uersatur §. I.
circa medium iste §. II. & cit. *auth.* Ex
hac materia DD. regulam formant: *quod ne-
gans causam & fundamentum beneficii indignus
sit eodem.* Quæ etiam fundata uidetur in *l. 37.
ff. d. minor.* ibique contenta alia regula: *fru-
stra Legis auxilium inuocat, qui in Legem
delinquit.* Sic X. beneficium diuisionis fi-
dejussoribus, qui fidejussionem inficiati, de-
negatur *l. 10. §. 1. ff. d. fidejuss.* Contra
quam denegationem parum forte præsidii præ-
stabit cautela BERLICH. *P. II. Concl. 24. n. 94.*
qui fidejussorem, animo titubanti negantem, &
obliuione se excusantem, pœna eximit. Cum
enim fidejussio factum proprium concernat,
uix a dolo, certe non culpa lata, absolui potest
inficiator, atqui utroque casu pœnam dictari,
ostendit Præses *Diss. I. §. 7.* Illud uero majo-
ris momenti uidetur, quod ZAHN. *Lib. II. Cap.*
36.

36. §. 6. ait: fidejussorem, si ab eo plus debito aut summa, in quam fidejussit, exigatur, simpliciter negantem excusari. Sed putem tamen distinguendum, utrum fidejussio & plus petitio inuicem fuerint inuolutæ, seu in una propositione contentæ, u. g. *er hätte auf 1000. Tblr. fidejubiret*, cum tamen saltem 100. fuerint; an & fidejussio & major summa seorsim proposita, u. g. *er hätte fidejubirt, und zwar auf 1000. Tblr.* Posteriori casu non uideo, quomodo excusari possit inficiator, ita enim utrumque & fidejussionem & quantitatem in dubium uocauit. At priori casu, dum simpliciter respondit, actoris maxima est culpa, qui, si uti hac poena uolebat, clarius formare debuisset libellum; & reo in promptu est inficiationis defensio ex eo, quod utique in tantam summam non fidejusserit, e contrario nec ipsam fidejussionem negarit. Sed neque ita hæc excusatio in Sax. El. aliquid momenti afferet, cum iuxta *Nou. Proc. Ord. tit. V. §. 8.* reus minorem summam statim indicare iubeatur. Quod si fecisset, et v. gr. se non in 1000. sed 100. fidejussisse, dixisset, res clara fuisset; eo uero non facto, utrumque negasse merito censendus est. Porro XI. socius beneficio competentia, si socium se esse negarit, excidit *l. 67. §. ult. ff. pro soc.* Quod idem ad omnes, quibus competentia beneficium competit, extendit

Zahnii limitatio: distinctione explicatur.

Jur. Sax. El. quid obtineat circa Zahnii limitationem.

XI. poena socii, se talem negantis.

qu. num' o-
mnis cau-
sam benefi-
cii negans,
hoc exci-
dat?

Negat. de-
fenditur.
arg. 1.

arg. 2.

sub distin-
ctione.

dit DN. WERNHER. *Sel. Obs. for. Vol. VII. p. 741. n. 186.* Magna autem DD. est contentio, num ea, quæ hæcenus exposita, ita generaliter sint accipienda, ut non tantum ad casus eosdem sed & similes sint extendenda, imo omnia inficiatori jura, privilegia & exceptiones, circa passum negatum competentes, auferendæ, an potius LL. de casibus solum expressis stricte tenendæ sint. Sunt aliqui in eo ualde operosi, ut ostendant, omnes omnino exceptiones reo ob negationem auferendas *arg. auth. contra qui C. d. non num. pec.* Verum uti hæc sententia per *l. 43. ff. d. R. J.* facile destruitur, ubi, qui negant, alia defensione uti non prohibentur; ita quotidiana etiam fori praxis contrarium testatur, qua ingentia exceptionum plaustralis contestationi annectere, et in reprobatione deducere fas est. Redit ergo res ad ea, quæ *Diff. I. §. XIV.* de extensione poenarum inficiationis deducta sunt; quod in casibus plane iisdem, seu ubi eadem utriusque manifesta est conditio v. g. in exemplo de competentia beneficio, eidem quoque dispositioni locus sit; ad similia &c. uero non recte argumentum producat.

§. IX.

XII. poena
depositum
miserabile
negantis.

XII. Amplius ex deposito conuenti propter negationem dupli tenentur. *§. 17. & 26. J. d. act.* Non autem quodlibet depositum intelligi,

gi, clarissimis uerbis ex eo probatur, quod Imperator §. 23. §. 26. l. c. interdum & ex quibusdam causis depositi actionem inficiendo duplicari affert. Quænam uero illæ causæ sint §. 17. l. l. c. de deposito, tumultus, incendii, ruinæ, naufragii gratia facto, seu uno uerbo, miserabili, prout DD. uocari consuevit, declarat. In reliquis uero depositis simplex saltem rei persecutio conceditur, uti conceptis uerbis l. 1. §. 1. ff. de pos. non quolibet depositum intelligi, prob. 1. prob. 2. afferit; quod neque tumultus, neque incendii, neque ruinae, neque naufragii causa, depositum sit, in simplum; ex earum autem rerum, quæ supra comprehensa sunt, in ipsum in duplum; in heredem ejus, quod dolo malo ejus factum esse dicetur, qui mortuus sit, in simplum, quod ipsius, in duplum iudicium dabo. additur et ratio l. ead. §. 4. quod, si quis extante necessitate deponat, crescat perfidia crimen uel, uti LVDOV. Doctr. ff. tit. de pos. §. IV. ait, afflicto addita sit afflicto. Quæ sententia cum DD. eadem sit, ualde miror, quomodo ZAHN. refutatur sententia Zahnii omne depositum intelligentis. Obj. 1. Tr. de Mend. L. II. Cap. 26. §. 2. ad omne depositum hanc poenam proferre potuerit. Sane ratio, quam ille adducit, quod turpe sit fidem fallere, l. 1. ff. d. const. pec. ad hoc euincendum sola non sufficit, alias quilibet ex quocunque pacto conuentus, & promissa adimplere recusans, eidem pœnæ subjiciendus foret, quod tamen nemo facile dixerit, nec LL. nec praxis
fe-

Obj. 2.

quoniam
casus huc
pertineant.

ferunt. Deinde, quando ait, explicationem uocis: *interdum*, nimis esse contortam & uiolentam, si saltem de deposito, necessitatis causa facto, intelligi debeat; addere debuisset, quoniam uerba allegata: *interdum*, & *ex quibusdam causis cit. §. 23. & 26. l. d. act.* pertineant, frustra enim Imperatorem hanc restrictionem adiecisse, uix probabile est. Ut taceamus clarissimam *cit. l. 1. ff. depos.* dispositionem. Cæterum omnes casus cum allegatis uel plane eodem, uel majores, aut ita comparatos, ut miserabiles audire possint, sub iis, quos ante recitauimus, intelligi debere, facile largior. Hinc ob hostium incursum si quid depositum, idem juris esse, ex eo facile fluit, quia hic sub tumultu non obscure continetur. Æque inundatio aquarum ad naufragium referri potest. BRVNN. *ad l. 11. ff. d. interr. in jur. n. 77.* STRYCK. *Diff. d. abbrev. proc. §. 26. & Us. Mod. ff. Depos. §. 1. DN. de BERGER de Usu act. poen. §. 24.* MVLL. *ad Struu. Exerc. XLI. tb. 42. lit. η.*

§. X.

XIII. poena
manum
propriam
inficiantis.

perinde est,
siue docu-
mentum sit

XIII. In eum, qui aut manum propriam inficiatur, aut factam pecuniæ numerationem negat, *Nov. XVIII cap. 8.* & inde deprompta *auth. contra qui C. d. N. N. P.* dupli poena constituta est. Et quidem priorem quod attinet casum, ubi quis documentum a se scriptum negat,

gat,

gat, perinde est, siue quis id proprio, siue alieno nomine, u. g. tutorio &c. conscripserit, *Nou. XVIII. cap. 8.* item, siue quis id in totum a se scriptum, siue saltem subscriptum non esse, dicat; cum utique ex subscriptione uim suam capiant instrumenta priuata, & ceteroquin parum referat, siue contenta ab ipso debitore, siue creditore, siue alio, scripta sint. Neque forte differentia statuenda, siue probationis tantum, siue etiam obligationis gratia, quale quid in contractu chirographario occurrit, documentum scriptum sit. Quamuis autem nonnulli in contrariam partem discedant, rati, uerba *auth. qua conuenitur*, desiderare, ut præcise obligationis gratia conscriptum sit instrumentum; prius tamen iidem fatentur, hæc uerba in *Nou. cit.* unde desumpta est *auth.* non deprehendi, atqui in dubio, discrepantibus Nouellis & authenticis, illis standum esse, notorium est. Deinde Imperatorem quam maxime casum probationis, nec solius obligationis, respexisse, patet ex ead. *Nou. XVIII. cap. 8.* uerb. *ita, ut necessitatem patiatur actor, causas pati circa probationem ejus &c.* Hinc in eandem sententiam mecum concedunt B. STRYCK. *Diff. d. proc. abbrev. §. 30.* BRUNNEM. *ad l. 11. ff. d. interr. in jur. fac. n. 65. & 69.* De eo autem imprimis querendum uidetur, num hodie casus dabilis facile

holographum, siue subscriptum.

siue probationis, siue obligationis gratia scriptum.

Rat. 1.

Rat. 2.

num casus dabilis sit, ut locus est.

D

cile

se queat
poenæ?
Rat. dubit,

cile sit, ut locus esse queat huic poenæ inficiationis. Aut enim agitur processu ordinario, ubi inficiatio siue diffessio fit in termino productionis, adeoque lapsa jam termino probatorio, qui plurimis in locis definitus est; sed, lapsa eodem, nouas probationes afferre regulariter non permittitur, unde nec conuinci aduersarius negans posse uidetur; aut institutus est processus executiuus, & ita reus ad diffessionem admittitur, eaque facta per sententiam absoluitur, nec auditur actor, contra naturam processus executiui probationes altioris indaginis allegans. SCHWENDEND. *ad Proc. Fibig. pag. 739. n. 362.* B. DN. MENCKEN. *Proc. tit. XXV. §. 35.* RIVIN. *ad Proc. Sax. tit. XXV. En. 27.* nisi suspiciones perjurii, aut alias grauiore circumstantias, excipias, ubi oblationem ad diffessionem, ac regulas processus executiui, negligere, religio iubet. DN. WERNHER. *Vol. I. Obs. 104. num. 6. seqq. p. 142.* Add. *Vol. II. Obs. 98. p. 224.* At, prius quod attinet, licet noua probatio non admittatur, iam lapsa termino probatorio, nihilominus tamen contra juratam diffessionem audiendum esse auctorem DD. statuunt, cum non agatur de noua probatione, sed prioris saltem confirmatione ulteriores, eiusque ueritate, euincenda. DN. WERNHER. *Enunc. 49. n. 7. & 8. p. 128.* Add. *Nou. Pr. Ord. tit. XXV. §. 5.* Nihil ergo, his suppositis, obstat,

affirmatur
de processu
ordinario
Ratio.

obstat, quo minus locus esse possit pœnæ inficiationis in processu ordinario; sed nec aliud dicendum de processu executiuo. Quamuis ^{& executiuo.} enim iuxta monita in eodem, per testes, aliæue ^{uo.} temporis tractum, aut circuitus longiores desiderantes, probationes exulent, neque porro, ex ^{Rat. dub. 1,} ueriori sententia, finito processu executiuo, ob ^{Rat. dub. 2,} auctoritatem rei iudicatæ, per quam ab ipsa actione reus absolutus est, regressus ad ordinarium iudicium detur, DN. de BERGER. *El. Disc. for. Suppl. P. II. p. 550.* DN. WERNHER. *Enunc. cit. n. 1.* si tamen, dimissa causa priori executiua, re adhuc integra, & antequam res iudicata accedat, restitutis tantisper expensis, actor ordinarium processum amplecti malit, nullum uideo obstare impedimentum, quod actoris probationem interuertat, eaque rite peracta, ob malitiam rei insignem, locum pœnæ inficiationis esse neget. DN. WERNHER. *En. 80. p. 178.* quo etiam pertinet EIVSD. *Vol. I. Obs. 104. n. 7. seq. p. 142.* Add. DN. de BERGER. *Progr. Elect. Proc. Exec. adjectum.* Quod uti, de casu nondum ^{quid si jam} factæ diffessionis juratæ, liquidum arbitror, ita ^{facta diffes-} nec in casu, ubi eadem jam facta, aliud obtinere existimo. Est enim hoc iuramentum legale, ^{sio jurata,} quod probationem contrariam admittit, neque in LL. qua hunc passum est exceptio. Frustra etiam occinetur actori uulgatum illud: *uiam quam*
D 2 *elegisti,*

elegisti, ambula; cum, allata contraria probatione, uiam hanc deserere nemo prohibeatur. Unde non apparet, quare, relicto processu executiuo, uel ante sententiam definitiuam, uel illa remedio quodam, ne in rem iudicatam transeat, suspenso, per uiam ordinariam perjurii reum conuincere non liceat; & hunc casum procul dubio intelligunt Dn. *de BERGER. El. Proc. exec. §. 26. & cit. progr. Dn. WERNHER. cit. l.* quando etiam in causa executiua, præstito licet jurejurando diffessionis, hujus impugnationem concedunt. Illud uero nemini obscurum esse potest, probationem esse recte peragendam; scilicet per solam comparisonem literarum, præsertim in Sax. El. ubi ista penitus sublata *Nou. Proc. Ord. tit. XXV. §. 5.* aut probationem semiplenam, non recte diffessio impugnatur. Dn. *WERNHER. Comp. Jur. Lib. IV. tit. 18. §. 17. p. 251. & Enunc. 49. p. 129. in Resp.* idque ex communibus juris principiis. Ex quibus & hoc fluit: si quis in diffessionem consenserit, totiusque causæ decisionem ab ea pendere uoluerit, u. g. si ipse petierit juratam diffessionem, & reus acceptet eandem, illum frustra de perjurio deinde, qua interesse ciuile, queri, cum res in speciem iuramenti delati redeat, in quo, ob formam transactionis semel inita, nec re-

qualis probatio necessaria.

Si quis in diffessionem consensit.

uo-

uocatio delati regulariter, nec impugnatio præfitti conceditur. Conf. RIVIN. in Resp. ad En. 27. tit. XXV. Alter casus sub initium hujus §. recensitus est pecuniæ numeratæ negatio, in quam itidem poena dupli constituta. Non uero ad hanc poenam infligendam utriusque, & scripturæ, & numerationis, inficiatio requiritur, quæ BALDI esse sententia apud BRUNNEM. ad l. ii. ff. d. interr. in jur. n. 72. uidetur, sed siue numerationem, siue scripturam, in dubium uocarit, poenam inficiator sustinet, id quod manifesto ex inspectione *auth. et Nov. XVIII. c. 8.* atque particulis disjunctiuis: *aut &c.* apparet. E contrario falsa ratio est, reum non potuisse condemnari, licet confessus fuisset scripturam, et actorem numerationem nihilominus probare teneri, adeoque, cum ex hujus negatione actor nihil damni sentiat, nec reo infligi posse poenam. Nunquam potius probanda est numeratio, nisi in specie reus de non num. pec. exceperit, qua exceptione omiffa, numerationem tacite concessisse uidetur, id quod ex similibus exceptionum natura facile demonstratur; quare, agnita scriptura, nulla ad condemnandum mora est, quæ tamen non exigua tunc est, ubi, concessa licet documenti ueritate, de numeratione reus excepit, cum non possit non probationis onus subsequi, quod

XIV. poena
inficiantis
pecuniam
numera-
tam.

Obj. resolu-
uitur.

causam poenæ de duplo uoluit esse Imperator. Cæterum illud duplum poenale non mere tale, sed mixtum est, ut, qui nondum soluit, et debitum, & aliud tantum; qui uero jam soluit, non obstante solutionis exceptione, illud alterum tantum nihilominus soluere teneatur. Nec mitior est conditio actoris seu creditoris, qui, si apocham neget, itidem duplum restituit debitori suo, nempe primo debitum solutum, deinde aliud simplum. *cit. Nov. XVIII. uerb. non solum illud repetetur, de quo negotiatio fuit, sed etiam tantum aliud adjiciatur.* Quamuis fatendum fit cum BRUNNEM. *ad l. ii. ff. d. interr. n. 71.* duplum in creditore reuera esse mere poenale, at in debitore mixtum; adeoque duriolem illius esse conditionem. Dantur tamen casus, ubi inficians uel scripturam uel numerationem poena aliqua non coërcetur; quo refert DN. de BERGER. *Tr. d. Us. act. poen. §. 26.* si quis mala fide, sciens solutum esse debitum, agat. Cujus rei rationes æquissimas arbitror. Nec enim jura, malitiæ hominum præmia constituere uoluisse, præsumenda sunt; deinde, cum uterque sit in dolo, non immerito iste dolus inuicem compensatur *l. 36. ff. d. dol. mal.* Porro huc pertinent omnes scripturæ, quarum recognitio ab aduersario peti nequit; aut enim ideo recognitione sunt exemptæ, quod recognitæ licet, nihil

poena continet duplum mixtum.

quid in creditore apocham negante?

poena cessat 1. si sciens solutum debitum agat.

cessat 2. in doc. non recognoscibil.

nihil probent; atque sic parum referet, siue ne-
 gentur, siue recognoscantur; aut ideo non sunt
 recognoscendæ, quod indubitata sua fide con-
 stent, et frustraneum sit aduersarii confessionem
 expectare, cujusmodi plures species recensentur
Nov. Proc. Ord. Sax. El. tit. XXV. §. 2. et lita-
 parum oberit negatio. Hinc in instrumentis
 publicis aut Notariorum, quoniam per se sua
 ui probandi gaudent, et irrito conatu a reo in-
 dubium uocantur, negationis poena non obti-
 net. BRUNNEM. *ad cit. auth.* Imo, quamuis
 casum uelis supponere, quo in publicis docu-
 mentis locus est diffessioni, quales uid. ap. DN.
 WERNHER. *Vol. III. Obs. 52. p. 185. et Vol. VII. p. 467.* Cessat 3. si
 non tamen ita crude poenæ locus relinqui pos-
 set, cum non sufficiat, scripturam aliquam esse manus non
 propria ne-
 gata.
 inficiatum, sed, ut præcise propria fuerit, requi-
 ratur; uerb. *Nov. XVIII. c. 8. cum haec literas ejus ha-*
beat &c. et auth. contra qui. C. d. N. N. P. propri-
am scripturam &c. Quo ipso corruunt argumen-
 ta B. STRYCK. *Diss. d. proc. abbrev.* pro contra- refutatur
 Stryck.
 ria sententia adducta, majorem esse perfidiam
 ejus, qui publicam, quam qui priuatam scriptu-
 ram, negat. Accedit, quod, qui aliena etiam
 publica, pro dubiis habet, tantam committere
 perfidiam uix possit, quam qui propria inficia-
 tur. Itidem quia nullum probationis est in- cessat 4. si
 nulla acto-
 ris probatio
 commodum, si facta oblatione ad diffessionem
 reum

necessaria.

quid Jure
Sax.

cessat §. si
post bienni-
um nume-
ratio nege-
tur.

B. Stryckii
sententia
rejecitur.

Rat. 1.

Rat. 2.

Rat. 3.

reum mature pœniteat, & ille confiteatur, pœna cessabit, quamvis in foro Sax. juxta *Nov. Pr. Ord. tit. XXV. §. 4.* neque hoc casu omnem omnino pœnam inficiator effugiat. Ulterius, si post biennium numeratio negetur, excluditur pœna, quia neque ob hanc negationem, exclusa quippe per biennii lapsum non num. pec. querela, aliquod onus probationis subire cogitur actor. Regerit equidem laudatus STRYCK. *diff. d. proc. abbr. §. 30.* poenam dupli non propter allatam rationem, & quod creditor probationibus oneretur, sed quod reus malitiose neget, esse constitutam. Verum primo contrarium jam sub initium hujus §. est euctum; deinde ab euentu probationis clarissimis uerbis ibidem: *Et probauerit hoc legitimis modis*, suspenditur poena. Amplius juramenti delatione, a probationibus liberato actore, locus poenæ negatur. Quæ omnia fatis, puto, non solam, malitiosam licet negationem, sed maxime probationis onus, in pœna dupli infligenda spectari, euincunt.

§. XII.

XV. poena
negantis
solutionem
indebiti,
probatio
scil. debiti.

XV. Instituta condicione indebiti, si is, qui accepisse dicitur rem uel pecuniam indebitam, hoc negauerit, & ipse, qui dedit, legitimis probationibus solutionem approbauerit, sine ulla distinctione ipse, qui negauit sese pecuniam accepisse, si uult audiri, compellendus est ad probationes præstan-

standas, quod pecuniam debitam accepit, l. 25. pr. ff. d. prob. Scilicet ex natura rei, Iurisque notissimis principiis, ut conditioni indebiti locus sit, primo solutio, deinde indebitum, denique error requiritur. Hunc ex prioribus duobus præsumunt. BRUNNEM. *ad l. 1. ff. d. cond. ind.* CARPZOV. *P. II. Const. 28. Def. 21.* Nec forte male. Cum enim juxta *l. cit. 25. ff. d. prob.* ad demonstrationem indebiti legitima ignorantia causa urgeatur, non potest non, probata causa, intelligi effectus, nec non ex antecedente sequi consequens, ignorantia scilicet ipsa seu error. Duo igitur probanda restant, solutio et indebitum. At, illa negata et probata, in poenam inficiationis, indebiti probatione actor liberatur, eaque in reum, ut iste debitum sibi fuisse probet, transfertur. Verum enimvero exigua forte, inquires, hæc inficiantium pœna est, dum enim actor dicit, se nil debuisse ei, cui soluit, manifestum est, negari ab actore debitum; Atqui non neganti, sed affirmanti, incumbit probatio; reus uero, qui probata solutione debitum prætendit, affirmat, illi ergo per se & extra pœnam *ob l. 2. ff. d. prob.* probatio incumbit, uel maxime, cum, quam difficilis sit res, negatiuas probare, dudum inter praticos constet. Sed ut jam non urgeamus, *cit. l. 25. ff. d. probat.* clarissimam dispositionem, probationem indebiti ab actore extra inficiationem

Obj. affirmanti semper incumbit probatio.

Resp. 1.

E

nem

Resp. 2. nem exigentem, uicissim expediti juris est, dari illius regulæ, de negatiua non probanda, exceptiones non paucas, quales sunt, si actor in negatiua se fundet, præsumtio obstet neganti, negatiua prægnans sit &c. Quæ omnes & singulæ exceptiones non inepte huc applicari posse uidentur. Primo enim aperte in negatione fundamentum actionis suæ collocat actor, quando se nil debuisse ait. Deinde præsumtio neganti obstans habetur in *l. cit. 25. ff. d. prob.* quod nemo sine causa pecunias jactare, & indebitas effundere, præsumatur. Quam præsumtionem ut elidat actor, causas, v. g. errorem calculi &c, cur indebitum soluerit, allegare debet, quo facto sat prægnans est negatiua, affirmationem quippe non tacitam tantum, sed & expressam continens manifestam. Illo autem calu, ubi soluens est homo simplex, rusticus, aut rerum suarum male satagens, pœna illa non obtinet, quia accipienti semper, cessante quippe præsumtionis ratione, probatio indebiti iungitur, *l. c. DN. WERNHER. Vol. II. Obs. 181. pag. 510. LAVT. Coll. Pr. tit. d. cond. ind. tab. ad §. 24.* Quamuis denique in *l. c.* probatio debiti salua relinquatur reo, approbata solutione, tamen hoc ita intelligendum, ut praxi nostræ congruat. Si enim terminus reprobatorius fuerit elapsus, frustra ad probandam debiti exceptionem confugit

exc. ubi
probandum
indebitum
extra inficiationem.

quæritur
num semper inficiator ad exceptionem debiti probandam admittatur?

git reus, cum ipsi intra commemoratum terminum omnes exceptiones deducere incumbat.

§. XII.

XVI. Ex L. Aquilia conuentus inficians XVI. poena inficientis rei ex L. Aquilia conuenti. poena dupli coërcetur juxta §. 26. *J. d. act.* Facile autem patet, dum agimus de L. Aquilia, & poena propterea irroganda, omnes casus ad eandem pertinentes, siue per actionem directam, siue utilem, siue in factum, in iudicium deducantur, esse intelligendas. Hinc, quando libero homini per injuriam læso competit actio L. Aquiliæ, *l. 13. pr. ff. ad L. Aquil.* & quidem ratione mercedis Medicis, atque Chirurgis præstitæ, cæterorumque impendiorum in curationem factorum, nec non operarum, quibus caruit, aut cariturus est, eidem poenam dupli in casu inficiationis adjudicare non dubitamus. nulla distinctione habita inter actionem directam, utilem &c.
Add. l. penult. C. de L. Aquil. DN. de BERGER. Tr. d. Us. act. poen. §. 27. p. 92. num. 4. BRVNN. ad l. 4. C. ad L. Aquil. n. 2. E contrario ad ea, quæ praxis saltem aut Jus Sax. præter ea, quæ in Jure Rom. continentur, in casibus L. Aquiliæ recipit, poenam dupli proferendam non existimam. aliud in multa ob culpam; Werigeldo; aestimatione doloris. &c. Unde nec multa, quæ præter interesse priuatum dictari solet, nec Werigeldum, utpote Jure Sax. saltem introductum, nec aestimatio doloris, cicatricum & deformitatis, quæ arg. *Const. Crim. art. 20.* obtinet, huc pertinet.

Rat.

tinet. Deficit etenim Lex, nec Jus Rom. ad hos passus transferri potest, cum illud hos casus sub L. Aquilia non comprehenderit, neque de pœnis postea excogitatis sentire potuerit.

quomodo
duplum in-
telligen-
dum?

Si non om-
nia libelli
capita ne-
gata.

Duplicatur in hac actione non uera præcise æstimatione, sed etiam, si quid præter eam ex L. Aquilia adjudicatur. DN. de BERGER *l. c. num. 8.* BRVNN. *ad l. 4. C. de L. Aquil. n. 1.* Locus etiam est pœnæ, licet non præcise omnia libelli capita sint negata, sed sufficit, factam esse negationem circa talem passum, qui ad L. Aquil. pertinet. Quod si ergo fateatur quidem reus, se damnum dedisse, neget uero dolum aut culpam, hac probata, nihilominus in duplum condemnabitur. DN. de BERGER. *l. c. n. 7.* BRVNNEM. *ad l. 11. ff. d. interr. in jur. n. 81. & ad l. 4. C. de L. Aquil. n. 4.* Ratio est in promptu; sine dolo enim aut culpa si res foret, exularet L. Aquilia.

quid in a-
ctione de
pastu?

Denique quæritur, num etiam in actione de pastu pœna dupli locum habeat. Distinctissimam esse utriusque, & L. Aquiliæ & actionis de pastu, naturam, proletarium est, sed uidetur tamen utraque confundi *l. ult. C. d. L. Aquil. uerb. de his, quæ per injuriam depasta contendis, ex sententia L. Aquiliæ agere minime prohiberis*; ut hinc, & utramque ad eandem censuram exigi debere, uideri possit. Sed recte distinguit BRVNNEM. *ad d. l. utrum culpa pastoris, dominiue, damnum acciderit, & tunc adesse*

Dist. cum
Brunn.

omnia

omnia requisita L. Aquiliæ, quilibet intelligit, per consequens etiam in omnibus juxta illam judicari debet; secus se res habet, ubi neque culpa, neque dolus concurrat, tunc saltem ad reparationem damni agi potest.

§. XIII.

XVII. Mota actione de pauperie contra do-
 minum animalis, damnum inferentis, *si iste in* XVII. poe-
 na domini,
 ex pauperie
 conuerti,
 se talem ne-
 gantis.
jure interrogatus; an sua quadrupes esset, respon-
derit, non esse suam; & si constiterit, esse ejus, in
solidum condemnabitur. l. 1. §. 15. ff. si quadr. paup.
fec. dic. Notum est, si forte alicujus animal
 ferocitate, pauore aut lasciuiâ, incitatum, al-
 teri damnum dederit, tunc illius animalis do-
 minum uel ad noxæ deditioem, pro damno
 illato, uel ad restitutionem damni, teneri; quo
 ipso animalis domino, uti in omni alternatiua
 rerum obligatione contingit, electio competit,
 utrum præstare uelit. Nec adeo absurdus faci-
 le existet, ut, si damnum ipsius corporis, quod
 nocuit, æstimationem longe excedat, hujus re-
 parationem præ noxæ deditioem eligat. At e-
 lectione hac priuatur dominus juxta *l. c. si fu-*
um animal esse negauerit, illudque actor pro-
batum dederit, & ad damnum, etiamsi majus no-
xa, reparandum simpliciter tenetur. Non ue-
 ro præter hanc inficiationis pœnam etiam du-
 plum L. Aquiliæ locum habet, cum utriusque præter hanc
 pœnam
 non dupli

ex L. Aquilia agitur.

Obj.

quid in Sax?

quid extra Sax?

Obj.

diuersa plane sit ratio; in actione L. Aquiliae enim dolus & culpa propria quaelibet uersatur, cuius non potest non, certe debet, optimam delinquens notitiam habere, & hinc, negando damnum esse datum, non parum malitiose agit, sed tale quid in actione de pauperie haud occurrit, & si occurrat, ex eoque agatur, non hæc, sed L. Aquilia actio locum habet. Obiiciunt equidem §. 1. *J. si quadr. paup. fec. dic.* ubi in duplum condemnandus dicitur, qui in loco, ubi iter fit, ursum, leonem &c. habuerit, uerum l. c. non de actione ob pauperiem, sed de ædilitiis, in sese & sua natura, nec tantum ob inficiationem, ad duplum tendentibus, sermo est; ita enim in seqq. expresse distinguuntur: *prater has autem ædilitias actiones & de pauperie locum habebit.* Cæterum Jure Sax. hæc doctrina & proposita inficiationis poena usum forte non adeo insignem exerit, certe frequenter uel ideo occurrere non potest, quod ibidem dominus, simulac damnum datum esse cognouit, recipiendo, retinendoue animal, semper ad reparationem damni simpliciter tenetur, & hinc ad *d. l. prouocare*, haud necessarium, imo frustraneum foret. Meliora e contrario de Imperii iuribus, ut nobis promittamus, fas est, licet permulti admodum jus ciu. per *O. C. art. 136.* aboliturum ducant, nam primo *l. c.* non

non tam de actione ob pauperiem, quam potius de dolo aut culpa domini, pœnaque propterea infligenda, sermo est; deinde, etiamsi pauperiem ibidem intelligi supponamus, nihilominus priuatum & ciuile interesse per pœnam publicam, cuius ibidem tantum fit mentio, non tolleretur.

§. XIV.

XVIII. Additur per *Nou. Proc. Ord. Sax. El. tit. XVI, §. 3.* amissio exceptionum, si quis, delato ab actore juramento, litem negatiue contestetur: atque ita dissensiones DD. Saxonico-
rum circa hunc passum sunt sublatae. In Senatu enim Appellationum, nec non Collegiis Vitebergensibus, asserente DN. de BERGER. *El. Disc. for. tit. XVI. not. 3. p. 467. seq.* & DN. WERNHER. *Vol. 1. Obs. 107. p. 146.* nec diffitente RIVIN. *ad O. P. S. tit. XVI. En. 14.* eadem sententia ante fuerat recepta, pro parte contraria stantibus Scabinis Lipsiensibus &c. RIVIN. *l. c.* quamuis & horum dubia fuerit praxis, referente laudato DN. de BERGER. *l. c.* & DN. WERNHER. *l. c.* Quare, lege publica ita iubente, frustraneum fuerit, ulterius inquirere, utrum fundamentum hujus pœnæ ex tacita partium transactione, an odio mentientis, deducenda sit. Quin potius
Sine dist. utrum juramentum accepta-

XVIII. pœna rei in Sax. qui, delato sibi juramento, negat.

sa

tum, an
non?

sa inita, siue non acceptatum, nihilominus ob inficiationem pœna irrogatur; & idem iam hoc in passu, quod in aliis inficiationum pœnis, quæ pariter, nulla aut spectata, aut desiderata partium transactione, dictantur, obtinet. Quamuis res cæteroquin manifesta sua ratione nitatur; aut enim juraturus est reus; sic nullis opus est exceptionibus, sed præstito iuramento absoluitur; aut juraturus non est, & nihilominus negat, sic manifesta improbitas non aliud meretur præmium.

quid in re-
plicis? num
& illæ amit-
tuntur?

Quod de exceptionibus dictum, etiam de replicis actoris, si ei super exceptionibus iuramentum delatum fuerit a reo, & ille negarit, dicendum arbitror; licet enim dicta *Nou. Pr. Ord. l. c.* tantum unius casus & litis contestationis, siue responsionis ad libellum, mentionem faciat, nihilominus ob eandem utriusque rationem, adeoque per interpretationem uirtualem & comprehensiuam, idem de replicis recte asseri uidetur. Idque multo magis, cum & jam ante DD. idem statuerint, qui tamen sæpius, quod ea pœna per usum fori saltem introducta fuerit, angustiorem iusto illam cancellis incluserant. Vid. DN. de BERGER *El. Proc. Exec. etc. in adjunct. progr. p. 388. in f. §. 1.* Parum etiam interest, siue delatum iuramentum referatur, siue non, aut enim actor cui relatum est, illud præstare nequit, ita ad

si iuramen-
tum refera-
tur?

ad exceptiones redire non opus est, sed reus statim absolvitur; aut præstatur ab actore, & ita nec redire licet, quod semel totius causæ decisio actoris juramento commissa est. DN. de BERGER. *El. Disc. for. Suppl. P. II. p. 395.* Requisita quod attinet, ut hæc pœna dictari possit, illa jam in *Diff. I.* sunt occupata, hoc saltem monendum circa requisitum VI. §. IX. pœnæ petitionem eum in effectum, ut super amissione exceptionum pronuncietur, non requiri, sed, quod sæpius observare licuit, etiam non petitam pœnam decerni sole- re. Et quod attinet requisitum VII. §. X. salva est pœnitentia tamdiu, dum partes jura sua in primo termino circa litis contestationem proponunt (*bey dem ersten Verfabren*) nec dum acta transmissa sunt post factam negationem; uti hoc in casu pœnam inficiationis in Fac. Jur. remissam esse, Præses mihi retulit; periculosam autem post *Nou. Proc. Ord.* esse cautelam, ut, leutatione interposita, sententia a uiribus rei judicatæ suspendatur, & in leutatione, quod ante negatū, affirmetur, subiunctis exceptionibus, patet ex iis, quæ habet DN. WERNHER. *Enunc. 35. p. 116.* Præterea illud per se patet, requisitum IX. §. XII. hic exulare, neque opus esse, ut probationibus conuincatur inficiator, sed ad amissionem exceptionum sufficere, modo in termino jurare non possit reus, utpote in quem casum pœna constituta est. Rursus, præter

num pœnæ
hujus peti-
tio necessa-
ria?

quandiu li-
cita pœni-
tentia?

probatio-
nes nullæ
necessariæ
ad hanc
pœnam.

ea, quæ §. VII. *Requis. VI.* deducuntur, etiam juramentum negantis, se tempore negationis rei notitiam non habuisse aliam, *Nou. Pr. Ord. tit. XVI. §. 3.* exigitur. Quod num ad alios casus, ubi pœna inficiationis dictatur, pertineat, nostrum quidem non est definire, propter eandem tamen conditionem, & Serenissimi Legislatoris intentionem, affirmandum uidetur. Cessat hæc pœna,

Cessat pœna 1.
si pro parte negatum, quomodo id intelligendum?

si partim affirmatiue, partim negatiue, responsum, tunc enim qua passus affirmatos oppositæ exceptiones admittuntur, modo non res ita comparata, ut per negationem unius affirmatio alterius eludatur; eludi autem tunc censetur, si præstito juramento, non obstante affirmatione, negans absolui possit; quale exemplum habet DN.

Casus.

de BERGER. El. D. F. Suppl. P. I. p. 156. ubi ætrix juramentum detulerat in causa stupri, & inde editi infantis; reus affirmabat stuprum, negabat uero tempus, & aliud nominabat, ex quo iste partus nasci non poterat, annexa præterea exceptione fornicationis; sane hic, negato tempore, non opus fuerat exceptione, & præstito juramento absolui poterat reus. Quare, cum postea tempus quoque affirmaret, eum non amplius cum sua exceptione audiendum iudices putarunt. Denique si exceptiones ita sint priuilegiatæ, ut in executione opponi possint, illæ per inficiationem non amittuntur, DN. *de BERGER. El.*

cessat 2.

Disci

Disc. for. Obs. II. p. 1789. Et Suppl. P. II. p. 391. Quænam uero illæ priuilegiatæ sint, ex Nou. Pr. Ord. tit. 39. §. 6. discendum est.

§. XV.

Referri etiam huc in Sax. posse uidetur XIX. Pœna XIX. inquisiti, furtum negantis. pœna inficiationis in inquisito, furtum negante; nempe in furem, qui *12. thlr. 12. gl.* furto abstulit, per *Mand. Sax. El. d. 27. Jul. 1719.* pœna suspendii est constituta. Illa uero pœna capitalis per idem *Mand. et aliud d. 26. Aug. 1720.* quod uid. ap. DN. WERNHER. *Vol. III. in f.* remittitur, si fur ante cœptam inquisitionem specialem furtum a se commissum fateatur. Et parum refert, siue hoc sponte sua, siue accedentibus persuasionibus, faciat; sola tamen confessio non sufficit, sed simul rei furto ablata restitutio, aut remissio a domino facta, requiritur. Si uero confessionem post coeptam inquisitionem specialem differat, restitutione non obstante, capitali supplicio locus est. Cæterum Præses casum mihi retulit Facul- restitutio contra hanc pœnam. tati Juridicæ Viteb. oblatum, ubi fœmina minorennis fur primo confitens, postea iterum negans, ui eorum, quæ in *Diss. I. §. VII.* habentur, contra negationem in integrum restituta, annexa tamen clausula; ut, ni jam fateretur, ipsi in posterum amplius ne proficeret restitutio & confessio, sed nihilominus ordinaria pœna decerneretur. Eodem Jure Sax. *El. XX. Proc. Ord. Nou. App. §. 4.* ille, qui processu pœna XX.

implemen- executiuo conuentus, ut illum suspenderet, exceptio-
 tum negan- nem implementi non secuti opposuit, hoc ordinario
 tis. modo probato, in quartam sortis, in libello expressæ, par-
 tem condemnatur, quæ iterum in tres partes subdiuidi-
 tur, quarum unam capit Iudex, alteram actor, tertiam
 ptochotrophium Waldheimense; uel si tantum in bonis
 non habeat inficiator, arbitraria carceris, uel alia substitu-
 itur. Diximus: *ordinario modo*, isti ergo pœnæ locus tunc
 non est, quando in continenti ex instrumento, uel aliunde
 implementum probari potest, l. c. uerb. *nicht sogleich*

an idem in *zu dociren*. Quæri poterat, num eadem pœna in proc. or-
 proc. ord. dinario obtineat, cum uero Serenissimus Legislator de-
 cisionem casuum dubiorum sibi reseruarit, quæstio-
 nem hanc decidere nostrum non erit; quamuis, si re-
 gulas interpretationis sequi uelimus, ad processum or-
 dinarium hæc doctrina, casu & uerbis tantum de exe-
 cutiuo conceptis, non proferenda uideatur. Denique

Pœna XXI. XXI. quod ille, qui ad diffessionem juratam se obtu-
 ad diffessio- lit, si postea confiteri cogatur, aut ueritas documenti,
 nem se of- facta recognitione per testes, probetur, 10. uel 20. & c.
 ferentis. Thl. multetur, jam supra monitum. Hanc etiam
 Pœna mulctam ad iudicem, coram quo processus uentilatur,
 XXII. Ad- pertinere, iudicamus. Ultimo loco, quæ pœna XXII.
 uocatorum in Aduocatos, notoria negantes, constituta sit, ex in-
 notoria ne- spectatione *Nou. Proc. Ord. tit. XVI. §. 2.* facile intelligitur.
 gantium.

§. XVI.

Sunt hæc potissimum, quas recensuimus, pœnæ infi-
 ciationum, quæ circa L. C. negatiuam, similesue casus,
 occurrunt. Constitueramus præterea peculiarem illa-
 rum classem adijcere, quæ falso a DD. huc referri so-
 lent. Sed quia & illas dignoscendi & dijudicandi chara-
 character dignoscen- cter idem est, Legis scilicet dispositio, & praxis, qua-
 di ueras in- rum utraque deficiente, frustra pœna aliqua allegatur,
 ficiationum inde, cum perpetuo nobis ingeminandum fuisset, ubi
 pœnas. lex, aut consuetudo iusta? actum nos acturos, exi-
 stimaui, si illas operose recensere studuissemus.

De
POENIS INFICIATIONVM IN SPECIE.

- §. I. Poenae circa Lit. cont. occurrentes hic recensentur, quo non pertinet poena minoris se, maiorem asserentis; filii familias se patrem familias mentientis; foeminae dolo se intercedentis &c.
- §. II. Poena I. inficiantis possessionem; sub qua etiam nuda detentio intelligitur; locus est huic poenae a) in actionibus in rem scriptis rat. 1. rat. 2. b) in interd. adip. et recup. possess. Requiritur tamen 1. uera possessio, non ficta, aut pretii. Rat. 1. 2. & 3. (2.) possessionis, non tituli, negatio. quid si pars negata? 3. probatio possessionis; quomodo suscipienda? 4. ius possessoris illiquidum. Ratio. Poena II. potentio-rem possessorum falso nominantis. Sententia B. Hornii, uix casum, ut locus sit priuationi possessionis, existere posse, asserentis, refutatur. Casus 1. 2. Obi. B. Stryckii. Resp. 1. 2. 3. 4. amissio possessionis non infert iacturam proprietatis; promptius remedium contra inficiatorem poss. quando illi locus?
- §. III. Poena III. Vasalli negantis feudum, eiusue conditionem. Si pars negata, aut qualitas totum feudum non afficiens. Vasallus sciens, conuasallum dolo se feudum negare, non priuatur suo feudo. Refutatur Zahn. eiusdem sententia de negato feudi instrumeto reuocatur, sub limitatione. Brunnemanni limitatio: si quis se Imperatoris Vasallum respectu Imperii, non Bohemiae, dicat, examinatur. Si qualitates feudi non rite descriptae. Quid in emphyteusi?
- §. IV. Poena IV. negantis thesaurum, in loco fiscali inuentum; si in loco priuato inuentus negetur, quid de locis ciuitatum &c. Obj. resoluitur.
- §. V. Poena V. haeredis, se ex minori parte haeredem agentis. num, solido in poenam praestito, cohaeres liberetur.

Ne 1949 FK

X263562.1

VO 18

beretur, et solventi contra
cohaerentem detur regressus.
Rat. dub. Rat. decid. 1. 2. 3. 4.
Poena VI. iuxta ius Sax. El.
haereditis, executiuo proces-
su conuenti, se talem negan-
tis.

§. VI. Poena VII. haereditis rem
haereditariam negantis. Re-
jicitur sententia Strykii de
abrogatione.

§. VII. Poena VIII. haereditis,
piis causis legata negantis.
quid de abrogatione? Rat.
dub. Resp. 1. 2. dubio res ca-
ret in Sax. quid in legatis
Reip. relictis? Rat. dub. Rat.
decid. 1. 2.

§. VIII. Poena IX. ejus, qui
jus tertii negat, et postea ad
illud prouocat. Poena X.
fideiusionem negantis, cau-
tela Berlichii rejicitur. Zah-
nii limitatio: si maior quan-
titas exigatur, distinctione
explicatur. quid jure Sax.
Poena XI. focii, se talem ne-
gantis: num omnis causam
beneficii negans, illo excidit?
Neg. defendit sub distin-
ctione. Rat. 1. 2.

§. IX. Poena XII. depositum misera-
bile negantis; non quodlibet deposti-
tum intelligitur. Rat. 1. 2. refuta-
tur Zahn. dissentiens. quinam casus
huc pertinent.

§. X. Poena XIII. manum propriam
negantis, sine distinctione inter do-
cum. holographum, et subscriptum.
item probationis, et obligationis

gratia confectum. Rat. 1. 2. num
casus dabilis sit hujus poenae? affir-
matur de processu ordinario et exe-
cutiuo. Casus. quid si jam facta
dissessio jurata; si quis in dissessione
consensit. Poena XIV. inficiansem
pecuniam numeratam. Obj. resolu-
tur; poena est duplum mixtum? quid
in Creditore apocham negante? poe-
na cessat 1. 2. 3. refutatur B. Stryck.
cessat. 4. quid Fur. Sax. cessat. 5.
B. Stryckii sententia rejicitur. Rat.
1. 2. 3.

§. XI. Poena XV. negantis solutio-
nem indebiti. Obj. Resp. 1. 2. ali-
quando non inficians ad idem, at-
que negans, tenetur.

§. XII. Poena XVI. poena rei, ex L.
Aquilina conuenti, negantis, sine di-
stinctione inter actionem directam,
utilem &c. aliud in multa ob cul-
pam in Werigeldo, aestimatione do-
loris, Ratio. Quale duplum intelli-
gitur. Si non omnia libelli capita ne-
gata. Quid in actione de passu?

§. XIII. Poena XVII. domini, ex pau-
perie conuenti, se talem negantis
praeter hanc poenam non dupli agi-
tur ex L. Aquilia. Obi. Habn. quid
in Sax? quid extra Sax?


§. XIV. Poena XVIII. rei in Sax.
qui, delaso sibi iuramento, negat, si-
ue hoc sit acceptatum, siue non;
siue relatum, siue non. num poenae
petitio necessaria? quamdiu licita
poenitentia? probationes nullae ne-
cessariae. Cessat poena ex parte
1. 2.

§. XV. Poena XIX. inquisiti, furtum
in Sax. negantis. Poena XX. im-
plementi negati in Sax. Poena XXI.
ad iuratum dissessionem se offerentis
in Sax.

§. XVI. Character dignoscendi ueras
inficiansem poenas.



m.c



Farbkarte #13

B.I.G.



DISSERTATIO IVRIDICA
POSTERIOR
DE
POENIS
FICIATIONVM
IN SPECIE
OCCASIONE

PROC. SAX. ELECT. ORD. TIT. XVI, §. 3.
QVAM
PRAESIDE

ANNE FRIDERICO
WERNHERO, D.

VRID. ASSESS. EXTRAORD. ET CONSIST.
ECCL. ADVOC.

IN
ADEMIA VITEMBERGENSI

AD D. AVG. MDCCXXVI.

HORIS CONSUVETIS
IN AVDITORIO JCTORVM
PROPONET

NES CHRISTIANVS KLINGENSTEIN
VITEMBERGA-SAXO.

EMBERGAE LITERIS. CHRISTIANI ZIMMERMANNI
ACADEM. TYPOGR.